RESPONSVM SECVNDVM.

PRO POTENTISSIMO DOMINO NOSTRO Rege Philippo, & Illustrissima D.D. Anna Enriquez del Aguila Marchionissa de Almenara.

EDITVM A FRANCICO DE SANCTACRVCE & Morales. I. D. & Regij fisci Aduocato.

Cui se subscripserunt Ioannes Michael de Bordalua, Ludouicus de Casanate, & Michael Pastor Iuris Doctores.

FVIT in prioribus scriptis in primo articuluco ample discusa illa quæstio, an à sententia. die. 21. Ianuarij anni. 1600. per Commissarios Regios super bonis confiscatis Emanuelis Donlope, lata in fauorem Marchionissæ de Almenara aduersus hæredes Martinæ Donlope, potuerit per eos haberi recursus ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum per viam electionis iurisfirmæ grauaminum factorum. Et per quā plura efficacissima argumenta pro parte negatiua in fauorem Fisci Regij, & Marchionissæ adducta demonstratum, est nō potuisse ad Curiam dicti Iustitiæ per viam electionis iurisfirmæ recurri, solumque licuisse ad ipsummet D. Regem delegantem per viam appellationis recurrere.

Nunc autem (pro maiori prædictæ assertionis corroboratione) aduertendum est, commissionem per dominum nostrum Regē doctoribus Ioanni Ram, & Ioanni Francisco Torralua concessam, tā illam generalem, quæ eis primum circa liquidationem dotium, viduitatum, & aliorum debitorum sub die. 26. Iunij. 1593. concessa fuerat, quam aliam particularem postmodum ad preces, & instantiam eiusdemmet Martinę Don-

lope, sub die. 20. Octobris eiusdẽ anni obtentam, in qua ad priorem illam generalem expressa fit relatio, quam etiam aliam, per quam D. Rex in locum Ioannis Ram pendente lite præmortui nominauit in commissarium D. Martinũ Monter Regium tunc consiliariũ nunc autem sacri supremi Consilij Aragonum meritissimum Regentem: prædictam (inquam) cõmissionem omnino fuisse (vt vulgari verbo vtar) desaforatam, seu foralibus dispositionibus solutam eisque minime subiectam, imo expresse contrariam, & aduersantem, vt ex ipsius tenore, & forma euidentissime patet. In primis namque in ea disponitur, quòd postquam processus actitati, & conclusi, & in puncto ferendæ sententiæ fuerint, remitti debeant per cõmissarios ad dominos Vicecancellarium ac Regentes supremi Aragonũ Consilij, ad hoc vt eos decidant, ac prout iuris, & iustitiæ fuerit sententias proferant. At dominus Rex foralibus dispositionibus attentis per se, vel per alios non potest extra regnum cognoscere de causis Aragonum, nec in prima, nec in secunda instantia: *vt disponitur in obseru. 4. de appell. & in obseru. 2. in fine, quod cuiusq; vniuer. nomine. & obser. 1. de iurisd. omn. iudic. & in §. item que ningun Iudge. in priuil. gener. notat Molin. verbo adiunctus. fol. 11. col. 2. in princip. & verbo appellatio. fol. 20. col. 2. in ver. appellationes Aragonũ, & verbo Rex. fol. 293. col. 3. & melius in verbo. extra regnum f l 136. col. 3. verb. extra regnum Aragonum non tenetur quis*, vbi inquit, quod istud est magnum priuilegium, & libertas Aragonẽsium. Et de simili priuilegio regni Franciæ meminit Rebuf. *in. 3. tomo ad leges regias in tract. de appell. tanquã ab abusu art. 1. nu. 11 pag. 540* & idem statutũ esse in regno Neapoli testatur Gram. *decis. 46. col 2. in principio*, & in Principatu Cataloniæ Calicius *in Margarita fisci dubio. 8. casu. 62. & 213.* In quo de maximo regnicolarũ interesse agitur, qui si ad litigãdũ extra regnũ trahi possent, essent magis vexati, & grauati litibus, & expensis: *vt dicunt Decius cons. 286. num. 3. ver. eodem modo, & Octaui, decis. 138. in fine, & Bardaxi in priuileg. gener. num. 14. & 15. & Portoles in verbo appellatio, num. 131. & latius in verbo Rex. ex num. 258.* Confirmaturque ex traditis ab Isernia *in cap. imperialem de prohibit. feudi alien. per fudar. in princ. col. 6. ver. satis videtur, & Baldo in cap. 1. de maior. & obedien. Felin. in cap. nonnulli. num. 35 de rescrip. & in cap. fin. num. 2. de iudiciis. Grauat. ad vestrium in pract. lib. 3. c. 6. addit. 1. n. 9. Roland. consi. 1. ex num. 43. vol. 1. & Gregor. in proæmio quarta partitæ verbo en medio.*

Secundo conuincitur dictam commissionem esse desaforatam ex eo, quod in ea disponitur, quod dicti D. Vicecancellarius, ac Regentes supremi Consilij (qui extranei erãt à regno) possent de his causis cognoscere, & in eis sententias proferre contra euidẽtem, & toties à foris repetitam prohibitionem impedientem extraneos à regno in causis Aragonum iudices esse: vt patet ex priuilegio generali *§. item que cada vno, & in §. itẽ que ningun Iudge. foro. 1. quod officiales Aragon. & foro vnico, vt iudices Aragonum, & foro vnico, quod extraneus à regno, & foro vnico de alienigenis ad offic. non admit.* Et (vltra quamplures alios idipsum generaliter disponẽtes) est clara, & specifica

fica circa D. Vicecancellariũ dispositio, id prohibens in foro. 1 *&* 2. *de offic. Cancell.* vigetque similis lex, & prohibitio in quampluribus prouinciis, vt sigillatim referunt, Portoles *in verb. alienigena. nu.* 24. *&* 25. *Et Bardaxi in priuileg. gene. num.* 18. *Carol. de Grasal. lib. 2. Regal. Franciæ iure.* 8. *Rebuf. in. 2. tomo ad leges Regias. titul. de literis naturalitatis. gloss.* 2. Et diligenter, & curiosè eruditissimus Ludou. Martinez in allegatione Viceregis extranei. *num.* 266.

Tertio hoc idem ex eo confirmatur, quod iuxta formam dictæ commissionis commissarij illi solum fuerunt diputati ad conficiendum processum, seu ad recolligendum (vt dici solet) qui postquam esset conclusus, & absolutus remittendus erat ad dños Vicecancellarium, & Regentes supremi Aragonum Consilij, vt per eos pronũtiaretur. Quod quidem notissimis iuris, & fori principiis, & regulis repugnat. Vbi enim cœptum est semel iudicium ibi & finem accipere debet, vt de iure est text. *in. l. vbi cœptum. ff. de iudiciis, vbi DD. Abbas in. c. ex tenore pre tex. ibi in. 3 not. vbi late Felinus nu. 6. de rescrip. Decius ibidem num. 2. &* 8. *vers. secundo habet locum.* vbi optime ad propositum aduertit, quod regula illius textus habet etiam locum in istis commissariis, seu iudicibus delegatis sicut in ordinariis. *Socin. conf. 39 nu. 23. in fine. vol. 4. Cornet. cõs. 20. col. 1. vol 3. Corset. singu. 144 Afflict. decis. 354 col. 1. optime Rober. de ordin. iudic. 2. p. n. 29.* dicens, quod de natura iudicij venit ex iuris dispositione, vt vbi cœptũ sit iudiciũ ibi debeat finẽ accipere. Confirmaturq; ex alia regula tradita in *l. de qua re, & quæ ibi notantur eodem titul. de iudiciis.* De foro vero est forus expressus *in foro, como de razon escrita, titul. forus inquisitionis officij Iust. Aragon.*

Quarto manifeste deprehenditur commissionem hanc fuisse desaforatam ex modo, & ordine procedendi circa istas causas per cõmissarios obseruato: qui in omnibus, & per omnia nulla seruata forma, seu ritu, nec tela alicuius foralis processus in hac causa processerunt: vt ex inspectione actitati processus patet euidenter, atque etiam ex tenore eiusdem cõmissionis, in qua præscribitur forma, quod cum interuentione Regij fisci aduocati voce præconia citentur omnes, & quicunque creditores in bonis confiscatis interesse prætendentes, iura sua intra spatium triginta dierum deducturi. Quæ omnia quãtum deuient à dispositionibus foralibus (quibus attentis talem modum procedendi non habemus) nullus ignorat.

His igitur sic præmissis, si commissio hæc, ac processus subsequutus omni respectu loci, personarũ, diuisionis iudicij, modi & formæ procedendi, ritus ac telæ processus desaforata fuit, nullisq; fororũ dispositionibus, & solemnitatibus astricta, ineuitabiliter sequitur, quod à sententia in tali processu lata nõ potuit ad Curiam D. Iustitiæ Aragonũ recursus haberi per electionem iurisfirmæ ratione grauaminis, & contra fori facti. Ad eum enim per hãc viam solum, & dumtaxat recurritur, & recurri potest ob foros non seruatos in casibus scilicet, causis, & personis in quibus fori seruari debent: vbi enim cessat obligatio seruandi foros nõ est cur recurratur ob eos non seruatos. Nam vbi processus est, vel

esse debet desaforatus, vel ex natura causæ, & iudicij, seu qualitate iurisdictionis (quod ex multis contingere potest, vt ex subiectis rationibus statim apparebit) vel ex tenore, & forma commissionis per easdemmet partes (quæ forsan contradicere potuissent) approbatæ, & obtentæ, vt in præsenti, cessat tunc fundamentum querelę & subiectum contra fori facti, seu fori non seruati, cuius prętextu, & colore ad D. Iustitiam recurri solet · cum non possit dari priuatio, nisi præcedat habitus, quem sui natura priuatio præsupponit. *l. decem vbi Iass. post alios. num 17. & 44. de verbor. obligat, cum aliis congestis in prioribus scriptis. num. 56.*

Quæ sane resolutio aliquibus fundamentis, & exemplis ex foris nostris elicitis mirifice confirmatur.

Primum erit. D. Rex, quamuis regulariter de foro non possit cōtra aliquem procedere per inquisitionem, sed solum ad instantiam partis legitimæ: *vt in foro. 1. de testi. & in priuileg. gener. §. itemque in quisicion*, attamen contra suos officiales, & ministros inquirere potest, si in suis deliquerint officiis, & eos punire pro suo libito voluntatis: *vt in obser. 1. de gener. priuileg. & in obser. 1 de priuilegio gener. & in foro. 1. & 2. col. 2. vers. como segun fuero. de la inquisicion contra el Vicecancel. fol. 68. Molin. verb. inquisitio. fol. 182. col. 1. & verb. officialis. fol. 244. colum. 1. in fine.* Et hinc ex communi stilo, & mente foristarum resultat, & inductum est, quod à sententia per D. Regē, seu eius commissarios in processu inquisitionis lata non potest per officialem inquisitum recurri ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum per electionem iurisfirmæ grauaminum factorum ratione contra fori facti: & hoc non quia id expresse de foro prohibeatur (non enim prohibetur, nec fori aut obseruantiæ de hoc loquentes nihil tale disponunt) sed ex eo solum, quod eo ipso quod D. Rex potest contra suos officiales procedere pro libito voluntatis, & desaforatè, nō seruando illis foros (præter illos tamen in quibus aliquid circa inquisitionem officialium fuerit peculiariter dispositum) in necessariam cōsequentiam includitur, & implicitū est, quod nō possint officiales inquisiti recurrere ad D. Iustiam Aragonum per electionem iurisfirmæ contra fororum factorum. Quomodo enim poterit officialis conqueri de non seruatis sibi foris, si nō adest obligatio illos seruandi, cum processus inquisitionis sit desaforatus. Verba enim illa, *pro suo libito voluntatis*, quibus dicta *obser. 1. de general. priuilegiis*, vtitur liberam, & absolutam voluntatem significantia ad iudicem directa efficiunt iudicem ad iuris, seu fori obseruantiam minime teneri: *vt docent Ioan. Andreas Butrius, & Imola. quos refert, & sequitur Felin. in cap. 1. num. 50. vers. fallit octauo. de constit. & Menoch. de arbitr. q. 7. num. 5.* Et sic optima ratione Molinus. *in verbo officialis. fol. 244. col. 2.* ex hac potestate quam D. Rex contra officiales habet procedendi per inquisitionem pro libito voluntatis, & desaforatè, infert, quod illi non possunt ad D. Iustitiam recurrere per electionem iurisfirmæ contra fororum factorum. Quod etiam ex illa receptissima conclusione emanare videtur, quę habet quod ab eo iudice, qui liberum, & absolutum habet arbitriū proce-

procedēdi cessat appellatio, & omnis recursus: *vt ex Innocentio Hostiensi, Seuerino, & aliis quampluribus congestis in prioribus scriptis. num.12. & 18. satis demōstratum est & ex Decio in cap. reprehensibilis. nu.5. per textum ibi. de appell. Alex. cons. 96. num. 1. vol. 5.* qui ait illud dici libere fieri quando impugnari non potest, nec per viam appellationis, seu recursus retractari. Confirmatq; optime eruditissimus D. Martinus Montet *in decis. 8. num. 21.*

Et ex his necessario infertur, quod si D. Rex per se, vel per suos commissarios procederet per viā inquisitionis cōtra singularem aliquem vel priuatum, qui non sit eius officialis, qui singularis taceret, & non contradiceret, nec opponeret se nō posse inquiri, illa taciturnitas sufficeret ad hoc, vt processus inquisitionis, licet alias prohibitus, esset validus, vt de foro probatur *per obser. si aliquis cōmisit de homic. & aduertit Molin. verbo inquisitio. fol.182. col. 2. vers. fallit etiam dicta regula.* Et de iure id ipsum regulare est, quod in casu, in quo inquisitio est prohibita, oportet, quod a parte opponatur, alias processus inquisitionis validus est, *iuxta text. expressum in cap. 2. de accusat. in. 6. vbi docent gloss. Mona. Ioan. Andr. Gemin.* Francus, *& alij Bart. in extrauag. ad reprimendum. verb. inquisitionem. Felin. in cap. qualiter, & quando. el. 1. num. 4. & ibi Aretin. col. 3.* affirmans ita communiter teneri *de accusatio. Roma cons. 116. num. 1. Iass. in. l. patre furioso. num. 27. de his qui sunt sui. Angel. Aretin. de malefi. in verb. quod fama publica. num. 7. & in verbo. & hec est quædam inquisitio. num. 51. Reber. de ordin. iud. 6. par. in prin. nu. 27 Cepola cons. 66. in crimin. Marsil. in pract. §. constante. num. 20. Alexan. cons. 138. col. fin. vol. 6. & cons. 120. col. 1. vol. 7. Grammat. voto. 24. & Feller. in pract. crimi. Canon. fol. 102. versi. item potest opponi. Dueñas regul. 298. limit. 1.* & dicit communem Iulius Clarus *in pract. quæst. 6. nu. 9. & Portol. verb. Rex. nu. 127.*

Vnde singularis inquisitus tacēs vissus esset dictam iurisdictionem desaforatam inquirendi, quo ad omnes eius qualitates prorogare, & sic consentire, vt contra eum posset procedi desaforatè, seu non seruatis foris, & absq; recursu, sicut procederetur contra officialē, & sic non posset ad D. Iustitiam recurrere per electionem iuris firmæ, sicut nec officialis potest. Nō enim opus est, quod in prorogatione iurisdictionis prorogans expressè consentiat de executione sentētiæ, & sic de denegatione recursus, sed satis est, quod simpliciter proroguetur, vt etiam prorogata dicatur, quo ad potestatestatem exeqnendi, & sublationem recursus, vt ex authoritate Antonij de Butrio. *cap. P. & G. de officio deleg.* & ex aliis quampluribus fundatum est in prima allegatione *numer. 39. & sequentib.* Et hic optime quadrat, quod ibidem *numer. 41.* dictum est, quod effectus natura, aut qualitas iurisdictionis præexistentis non alteratur vigore prorogationis, sed est eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius erat inter eos quorum proprius, & competens Iudex erat: per text. cum materia *in. l. Episcopale. C. de Episcop. audi.* vbi singulariter ad propositum inquit Bart. quod licet aliqui litigent co-

rà aliquo prorogando eius iurisdictionem, de sententia lata à tali Iudice iudicatur, sicut de sententia, quam dat ex vigore propriæ iurisdictionis, ita vt si ab eo alias appellari non posset, nec modo possit, & sic quod non habet similitudinem iurisdictionis Iudicis eorum, qui prorogant iurisdictionē, sed iudicatur secundum vires, & similitudinem iurisdictionis prorogatæ. Quod dicit Bart. perpetuo menti tenendum, & concordat Cinus *in.l. si quis ex consensu.C. eod. titul. de Episcop. audi.* dicens, quod si à sententia lata ex iurisdictione ordinaria non potest appellari, idem erit in sententia lata ex iurisdictione prorogata: *iuxta gloss.& Doctores in cap.pen. de offi. delegat. & cum* Bartulo *tenent etiā Petr. de Bellaper. Salic. & Paulus in d.l. Episcopale, & Paul.& Angel.in.l.1. col 2 de iudic. vbi Cagnol. ex num. 6.7.* vbi subdit, quod ex eo quod prorogata iurisdictio sit eiusdem naturæ, cuius est principalis, sequūtur mirabiles effectus: & inter alios, quod si prima iurisdictio erat cum prærogatiua cessantis appellationis, erit similiter prorogata eiusdem prærogatiuæ. Et sequitur idem Cagnol.*in l.quædam.numer. 26. de iurisdictio. omn. iudic. Iass. in.l. si quis aduersus. numer. fin. C. de precib. imper. offer. Roma. singul.* 11. *Decius cons.3. numer.8. & cons. 25.numer.2.in principio.*

Et tandem iuxta supradictam Bartoli theoricam fuisse iudicatū per Regium Consilium Neapolitanum testatur Gram.*decis.9.in fi.*

Quod si supradicta procedunt, & locum habent in tacita prorogatione iurisdictionis resultante ex sola taciturnitate singularis, seu priuatæ personæ inquisitæ omittētis opponere se nō posse inquiri (pro vt in his terminis loquitur prædicta obseru. *si aliquis commisit. de homicid.* superius pōderata:) quanto fortius procedere debent in expressa prorogatione resultante ex spontanea obtentione commissionis per eandem Martinam Donlope à D. Rege impetratæ, & ad eius instantiā, & preces concessæ, & ab eadem Regiis commissariis præsentatæ.

Secundo supradicta assertio, quod eo ipso, quod aliqua iurisdictio, seu cognitio est desaforata, non possit ab ea recursus haberi ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum per electionem iurisfirmæ, confirmatur ex eo, quod in sententia per Dominum vassallorum, vel eius officialem lata contra vassallum quotidie obseruari videmus, quod eo ipso quod dominus habet liberam, & desaforatam potestatem absque obligatione seruandi foros, sequitur quod vassallus à tali sententia contra eum lata, non potest ad D. Iustitiam per viam electionis iurisfirmæ recurrere, & hoc iure vtimur per eaque in superiori fundamento dicta sunt, & docet eruditissimus D. Monter *in d. decis.8. numer.20. & 21.* Quod confirmat Molina. *verbo. vassallus. vers. fin.* dicens hoc adeo verum esse, quod licet dominus iurasset vassallis seruare foros, nō posset adhuc vassalli ob eos nō seruatos recurrere ad D. Iustitiā, nisi forte in iuramento, seu priuilegio adderētur illa verba, quod si dominus non seruauerit eis foros, possint recurrere ad Curiam Iu-

Iustitiæ Aragonum. Et è conuerso videmus quod statim quod dominus non habet in vassallos hanc liberam, & desaforatam potestatem (vt quia est locus D: Regis Ecclesiæ, seu Religionis, vel quia per dominum temporalem fuerit venditus D. Regi, vel alicui Ecclesiæ, seu Religioni) habet tunc vassallus recursum ad D. Iustitiam per viam electionis iurisfirmæ, vt est notissimum, & tradit Molin. *in d. verb. vassallus. in fine.* dicens, quod si dominus Rex dat alicui aliquem locum suum eo ipso, quod dominium mutatur, vassalli signi seruitij non possunt recurrere ad Iustitiam Aragonum, & è conuerso (inquit) si locus alicuius domini perueniat ad Dominum Regem, statim vassalli poterunt rerecurrere ad Iustitiã Aragonum, & gaudebunt foris, allegatque textum vbi plene notatur *in cap. 1. in 2. responso de iure patron. in. 6.*

Et confirmatur hoc, quia in simili videmus, quod si locus domini temporalis apprehendatur durante apprehensione illa absoluta & desaforata potestas domini censetur ligata, & per commissarios forales talis apprehensionis exerceri nequit: *vt testatur Molina. in verb. domini locorum. fol. 110. col. 3. vers. & fuit etiam dictum: & verb. vassallus. fol. 224. col. 3. vers. limita secundo.* & tunc ex hoc solum, quod in loco iurisdictio illa desaforata iam cessat, sequitur quod si dicti commissarij apprehensionis iurisdictionem in loco exercẽtes in pronuntiando fecerunt iniustitiam alicui, quod poterit de eis cõqueri coram Iustitia Aragonum: *vt optime aduertit Molinus in. d. verbo. domini locorum. fol. 110. col. 3. ver. & quod si in pronuntiando.*

Facultas igitur hæc recurrendi, vel non recurrendi ad Curiam domini Iustitiæ tota dependet, & regulatur à qualitate iurisdictionis foralis, vel desaforatæ.

Tertio simile est quod in processibus statutariis, & desaforatis passim obseruatur quod à sententiis in eis promulgatis non datur appellatio, nec recursus ad Curiã Iustitiæ Aragonũ per electionem iurisfirmæ grauaminum factorum ob foros non seruatos: cũ in illis cesset necessitas eos seruandi: vt ex professo tractat Bardaxi *in pract. crimin. cap. fin. per totum*, & hinc est, quod in talibus processibus (eo quod desaforati sunt) non consueuit Regia Audientia se intromittere, nec consulere votum suum præstando, nec in vim illorum literas pro capiendis condemnatis: *iuxta forum fin. col. 5. de homicid.* concedi solitas concedendo: vt aduertit Bardaxi *in pract. crim. cap. 18. num. 40. & latius in cap. 19. num. 23. & sequent.* & sic fuit deliberatum in quadam causa loci de Torrellas in Regia Audientia in mẽse Aprilis anni. 155[illegible] qua petebantur huiusmodi literæ in vim sententiæ in processu statutario & desaforato per iustitiam dicti loci sine consilio Regiorum consiliariorum latæ, & ex hoc capite fuerunt denegatæ.

Quarto supradictis consonat, quod de officialibus locorum feudalium Molin. dicit *in verbo. officiales. titul. de officia. locorum feudalium. fol. 246. col. 1.* vbi ex hoc quod dicti officiales locorum feudaliũ, non tenetur obseruare foros: *vt di*

ſponitur in foro Vnico. titul quod Ripacurtia, & Litera, infert Molinus per illum forum aperte probari, quod officiales locorũ feudalium non poſſunt accuſari coram Iuſtitia Aragonum, nec coram alio tanquam officiales delinquentes contra forum in ſuis officiis, quia non iurant ſeruare foros, & etiã ex eo qui talia loca feudalia ſituata intra Regnum Aragonum, non ſunt populata ad foros Aragonũ, vt alia loca Regni, *& idem ſentit idem Molin. in verb. Vaſſallus. fol. 325 col. 4. in fine.*

Quinto & vltimo cõfert, quod in adminiſtratore, ſeu receptore Regij patrimonij obſeruari videmus, contra quem poteſt D. Rex deſaforatè, & per viam inquiſitionis procedere in reddenda ratione de bonis D. Regis adminiſtratis per eum. *Vt patet ex obſer. 2. in fine de priuilegio general. & obſer. 1. de general. priuilegiis. Molin. verbo. inquiſitio. fol. 182. col. 1. verſic. fallit etiam, & col. 3. verſ. fallit etiam cõtra.* ſi is igitur in aliqua quantitate fuerit condemnatus, non poteſt habere recurſum ad D. Iuſtitiam per viam electionis iurisfirmæ, & hoc quidem non ex eo, quod huiuſmodi recurſus per forales diſpoſitiones expreſſe ei fuerit ſublatus, ſed ex ſuperiori (qua nitimur) conſideratione quod in cognitione, ſeu iuriſdictione deſaforata illud ex natura rei ineſt, & in neceſſarium conſequentiam venit, quod non poſſit ad Curiam D. Iuſtitiæ mediate electione iurisfirmæ recurrere. Pro vt in terminis in hac ſpecie adminiſtratoris rerum, & bonorum D. Regis deliberatũ fuit anno 1551. in perſona don Ioãnis de Torrellas, & domnæ Mariæ Sanchez coniugum hæredum, & ſucceſſorũ Ludouici Sanchez Theſaurarij D. Regis, pro vt obſeruatum reperitur in Miſcelaneis manuſcriptis iuriſperitorum huius regni, & noſtræ ætatis conſultiſsimi, Iuriſconſultique peritiſsimi, ac ſummi practici Ioannis Perez de Nueros ſtrenui Regij Fiſci Aduocati, cuius verba, quia communiter non habentur, hic inſerere viſum fuit, quæ talia ſunt. *Aßi miſmo auiendo ſido Theſorero general de ſu Mageſtad por muchos años el padre, y hermano de D. Maria Sanchez, ſiẽdo llamados a dar cuenta de lo regido, y adminiſtrado por ellos D. Iuan de Torrellas ſu marido, y ella, y condemnados a reſtituyr ciertas cantidades por razon de las dichas cuentas, por el Maeſtro Racional, y Supremo Conſejo de ſu Mageſtad, los dichos Don Iuan de Torrellas, y D. Maria Sanchez tuuieron recurſo por via de election de firma a la Corte del Iuſticia de Aragon, donde el Aduogado fiſcal hizo grande inſtancia con allegaciones y diligencias de muy grande trabajo: y a ſu inſtancia ſe declaro, que ſobre eſto no podian tener recurſo a la Corte del Iuſticia de Aragon, que fue de grandißima importancia para el miſmo negocio, porque huuieron de dar cuenta de la dicha adminiſtracion, a los del Supremo Conſejo, y perſonas nombradas por ſu Mageſtad: y fue negocio exemplar para que ninguno que adminiſtraſſe officio ſemejante pecuniario, ſe pueda eximir, ni tener recurſo a la Corte del Iuſtitia de Aragon ſobre las cuentas y alcance de ſu adminiſtracion.*

Ex his igitur ſatis fundata manet concluſio ſuperius propoſita, quod

quod quotiescunque iurisdictio, seu cognitio alicuius iudicis, seu commissarij est desaforata, & foralibus dispositionibus minime astricta (pro vt in specie commissionis, de qua agimus) non potest dari recursus ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum ratione contra fori facti.

Quibus non videtur obstare, quod obiiciebatur cōmisionem illam à Martina Donlope impetratam (quamuis in multis desaforatam, nempe respectu loci, personarum, & aliarum qualitatum, quę ex eius tenore resultant, & supra perpenduntur) non debere in reliquis non expressis censeri desaforatam, imo in nō expressis regulandam fore iuxta forales dispositiones, & quo ad ea foralem iudicandam esse, illamque qualitatem (tāquam omissam) remansisse in dispositione iuris communis, & regularum foralium *argumento. l. commodissime. cum vulga. de liber. & posthum.* & consequenter recursum ad D. Iustitiam Aragonum non censeri sublatum.

Illud (inquam) non obstat, respondetur enim, quod cum commissio illa (cui Martina Donlope voluntarie se subiecit) in omnibus in ea contentis, & expressatis (attento illius tenore, & substātia) sit desaforata, & sic habeat se ad ius nostrum forale derogatiuē nōn debet in reliquis non expressatis, & forsan omissis recipere interpretationem a iure cōmuni forali, sed simpliciter debet intelligi, prout iacet: ex celebri Theorica Baldi *in. l. maximum vitium. col. 5. versic. Vlterius quæritur. C. de liber. præteritis.* dum decidit illam quæstionem, quod legitima filiorum per statutum alterata, & diminuta quo ad quantitatem, & sic correcto in hoc iure communi, licet statutum circa illam aliam qualitatem alias à iure communi, requisitam (quod debeat legitima honorabili titulo institutionis relinqui) nihil immutauerit, nec disposuerit, nihilominus talis necessitas illam titulo institutionis relinquendi sublata intelligitur, & cessare debet ex eo, quod cum huiusmodi statutum quò ad quotam habuerit se correctiuè ad ius commune, & ab eo recesserit non debet ab eodem iure communi, cui venit derogando, interpretationem recipere, & sic sufficit (inquit Baldus) statutariam illam portionem quoquo relicti titulo relinquere.

Et Baldi dictum sequitur, & dicit esse notabile, atque perpetuo menti tenendum Paulus *in. l. fin. §. in computatione. numer.* 12. *C. de iure deliber. & in authent. nouissima. C. de inoffic. testam. & in consil.* 17 *num.* 4. *versi. & pro hoc optime facit. volum.* 1. & referunt & ad varios casus decidendos inducunt Roma *consil.* 393. *Alexand. consil.* 20. *numer.* 6. *vol.* 1. *& consil* 35. *numer.* 11. *& cons.* 227 *num.* 4 *& cons.* 249. *numer* 7. *vol.* 6. *Socin. consi.* 93. *numer* 15. *versic. præterea. volum.* 1. *& consil.* 62. *num.* 19 *& consi* 89. *numer.* 9. *volum.* 4. *Gozadin. consi.* 59. *numer.* 20. *Socin. in l. cum filius famil. col.* 4. *de verb. obligat. Cotta in memoral. verbo. statutum. pag.* 477. *Guillel.* Benedict. *in cap.*

C

cap. Rainuntius. verb. in eodem testamento. el. 1. numer. 82. Rain. conf. 32. num. 13. vol. 3. Aymon consil. 202. numer 30. Rolan. consil. 72. num. 62 vol. 1. Rebuf. in primo tom. in proœm. const. Regni. gloss. 5 nu. 143. pag. 48. Chassan. in consuet. Burgun. rubr. 7. §. 3. gloss fin. num 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. numer. 77. Padilla in l. eam quam num. 75. C. de fid i commiss Socin Iunior. cons. 73. numer. 29. vol. 3 Nenizan. cons. 95. numer. 18 & Gabriel. Sarayna. ad Matthes. singul. 193 numer. 6. Crotus in l. nemo potest. de lega. 1. nu. 66. & eruditus noster Andreas Anignonus. in tract. de success. ab intest. c. 2. pag 20.

Et confirmantur supradicta ex alia simili doctrina eiusdem Baldi *in cap. cum non liceat. numer. 5. de præscript.* vbi quærit, an si statutũ inducit præscriptionem decẽ annorum in quacunque actione reali, & personali, nunquid actio per litis contestationem perpetuetur in quadraginta annos, cum statutum de perpetuatione nullam mẽtionem faciat, & arguit, quod perpetuetur ex eo, quod iste casus, seu qualitas perpetuationis est à statuto omissus, ergo relinquitur dispositioni iuris communis. Contrarium tamen Baldus determinat, quia istud statutum discrepat à iure communi, præsertim in actionibus personalibus, cum ergo recessum sit à iure cõmun, non possumus interpretari statutum secundum ipsum ius commune, *argum. l. qui cum vno. §. qui post. de re milit.* Nam quoties statutum aliquid addit, vel detrahit tacitè, vel expresse iuri communi efficitur ius municipale, nec recipit subaudítum intellectum à iure communi, quia lex antiqua, quæ per nouam corrigitur, non debet ipsam legem nouam interpretari: *per. l. fin. C. de indicta vidui. tollen.* quod Baldi dictum sequitur *Alexand. cons. 249. numer. 6. volum. 6. Socin. consil. 89. numer. 10. volum. 4. Tiraquel. in. d. gloss. 10. numer. 76. & alij quam plures Doctores ex proxime citatis, & optime confirmat Roland. consil. 62. numer. 46. & 47. volum. 3.*

Quibus pro complemento addendum est, quod id quod dictum est statutum iuris communis correctorium non debere suppleri, nec interpretationem recipere ab eodem iure communi, de plano, & maiori ratione procedere, vbi adest statutum (pro vt in hoc Regno) quod debeat stari cartæ: quoniam tunc multo fortius statutũ, & quælibet dispositio ius commune corrigens, secundum illud intelligi, seu interpretari nequit: *vt consuluit Socinus d. consil 89. numer. 25 volum. 4. & aduertit bene Anignonus in. d tract. de success ab intestat. cap. 2. pag. 20. ad medium. & Portoles. verb. forus. num. 39.*

Ex quibus omnibus similiter in proposito nostro concludendum est, quod commissio illa à Martina Donlope obtenta à sui initio ad finem vsque desaforata, & iuris foralis correctoria, non debet respectu recursus ad D Iustitiam foralis reputari, nec iuxta forales regulas metiri.

Pro defensione eiusdem conclu-

clusionis negatiuæ, in primo articulo pertractatæ, quod scilicet à sententia Commissariorum, non potuerit haberi ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum recursus per viã electionis iurisfirmæ grauaminũ factorum, fuit in prioribus scriptis à *num.* 28. dessumptum efficax argumentum fundatum in ratione connexitatis, accessorietatis, & dependentiæ, quam ista causa inter Martinam Donlope, & Regium Fiscum super bonis ventilata habuit cum causa criminali, inter eundem Regium Fiscum, & Manuelem Donlope actitata super cognitione, & punitione criminis læsæ maiestatis per Manuelem commissi.

Pro cuius argumenti corroboratione addendum est, illud quod Auendañus tradidit *lib. 1. de exequen. mand. cap. 1. numer. 33. versic. vigesima prima causa*, quo loci enumerans plures causas, quibus iurisdictio acquiritur, subdit, quod vigesima prima causa acquisitiua iurisdictionis est consequentia primæ litis *per text. l. minor. in fine principij. ff. de euiction.* cui consonat id, quod docuit etiam Paulus, *in. l. venditor. numer. 4. de iudiciis.* quod si res vendita per tertium ab emptore euincatur, ille iudex euictionis, coram quo venditor ab emptore forsam requisitus causam defendit, poterit (licet alias forte non sit iudex competens venditoris) cognoscere inter emptorem, & venditorem in causa euictionis ad interesse, vel ad duplũ. Allegans ad id text. *in. d. l. minor. Bart. & Baldum post Iacobum Butrium. in. l. cum vendentes. C. vbi causæ fiscales.* quod inquit esse notandum, & supradictam rationem expresse assignat dicens, quod hoc fit in consequentiam primæ litis, nam alias non haberet iurisdictionem. Et facit, quod id quod venit consequutiuè ad aliud ratione dependentiæ, & accessorij dicitur esse indiuiduum, cum illo Bart. *in. l. græce. §. illud. colum. 2. in principio. ff. de fideiussor. Iass. in. l. certi conditio. §. si nummos. num. 38. de rebus credit. & in. l. 1. §. sed & si mihi. numer. 5. ff. de verbor. obligationib.*

Hinc dicimus in simili, quod licet iudex delegatus, non possit extendere suam iurisdictionem ad personas non comprehensas, nec nominatas in rescripto, vel delegatione: *iuxta text. in cap. P. & G. de officio delegat.* attamen nihilominus poterit citare authorem laudatum, licet alias non subiectum suæ iurisdictioni propter connexitatem causæ, & quia hoc venit in consequentiam primæ litis, & quod sic hæc citatio est de annexis ad dictam litem, vt post Barbat. dicentem hanc decisionem esse verisimam *in. d. cap. P. & G. de offic. delegat. Paulum in dicta. l. venditor.* iudicauit Consilium Neapolitanum teste Afflicto *decis. 227. & refert, & sequitur Rober. Maran. de ordin. iudic. in. 1. part. 6. partis. membro. 5. numer. 6 fol. 182. numer. 6. colum. 3. & Auendaño vbi supra. versic. & hinc dicimus. Marsil. singul. 251. & in. l. 1. §. diuus Adrianus. numero. 4. & sequentib. de quæstio.* Et ideo quando alimenta fuerunt filiæ spuriæ data per Iudicem Ec-

clesiasticum, si ab ea postea repetenda sint, possunt repeti coram eodem Iudice Ecclesiastico licet alias incompetenti propter connexitatem causæ: *vt consuluit Aretinus consi. 48. col. 2. in fin. versic. & si dicatur.*

In tertio & vltimo articulo principali huius causæ *à num.* 135. actum, & ostensum fuit, qualiter citatio illa ad instantiam Marchionisæ, aduersus hæredes Martinæ Donlope postulata ad agendum de repulsione primæ iurisfirmæ ad instantiam hæredum obtentæ, non potuit, nec debuit concedi restrictè, & limitate, pro vt die. 26. Ianuarij anni. 1601. fuit concessa, sed simpliciter (vt concedi solet) & absque illa insolita, & inaudita limitatione (cuius tenor in narratione casus posita in priori allegatione, *pagin.* 3 *colum.* 2 *in principio* inseritur) & consequēter, quod potuerit per Marchionisam ab ea pronuntiatione meritò appellari, ac proinde, quod nec debuisset secunda iurisfirma ad impediendam hanc appellationem hæredibus concedi, & quod concessa debeat nunc per Dominos Locumtenentes contrario, & iustissimo imperio reuocari, cum illa absque adhuc non sit nisi semel tantum confirmata. Et vltra id quod ea limitatio citationis, non solum est contra stilum communem, & inueteratam huius curiæ obseruationē, & praxim, verum etiam contra expressam, & clatam regulam foralem disponentem; quod à sententia in Curia domini Iustitiæ Aragonum lata in processu repulsionis iurisfirmæ grauaminum fiendorum datur appellatio ad Regiam Audientiam, vt ex adductis in priori allegatione. *numer.* 138. & 139. liquidò apparet, nunc pro coronide, & maiore huius atticuli confirmatione sufficiet in medium proferre irrefragabile testimonium, & omni exceptione maius insignis, & eminentissimi viri Ioannis Perez de Nueros asserentis suo tempore in hac curia, ita fuisse pluries declaratum, cuius verba hæc sunt.

EN el mes de Setiembre del año 1571 siendo acusado en la Corte del señor Iusticia de Aragon Francisco Alquezar de Huesca, como official delinquente en su officio, y auiendo presentado vna firma para impedir la execucion y siendo repellida, appellò de la repulsion para la Real Audiencia. La parte contraria pidio firma, para que no pudiesse proseguir dicha appellacion, pretendiendo, que como no se podia appellar en el processo de la acusacion, lo mesmo procedia en este, como incidente de aquel. Fue declarado en dicha Corte, no deuerse conceder dicha firma, por disponer el Fuero, que de la repulsion de la firma se podia interponer appellacion. Y que esto mismo se declaro en la firma de Solanas, y en la firma de Pedro Luzon, en las quales se prosiguio appellacion, y se pronuncio en la Real Audiencia.

Ex qua relatione manifestè constat rem, de qua agimus, non semel in hac Curia fuisse iam decissam, & quod à qualibet sententia in processu repulsionis iurisfirmæ lata, potest ad Regiam Au

dientiam appellari, quamuis iurisfirma (super cuius repulsione litigatum fuit) incidens fuerit, & emergens, seu originem duxerit ab alio processu priuilegiato, à cuius sententia non potuisset appellari, sed quod imo talis processus, & sententia repulsionis, (quidquid ab alio dependeat) debeat retinere, & conseruare suam propriam naturam appellabilem ad Regiam Audientiam. Salua semper censura, & correctione dominorum Iudicum.

D. Franciscus de Sanctacruce & Morales fisci aduocati.

D. Ioannes Michael de Bordalua.

Ludouicus de Casanate I. D.

D. Michael Pastor.